

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qua Distincte Et Succincte Explicantur,
quae ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Commentarius In Regulas Juris Pontificii, Quæ In Libro Quinto, Et
Sexto Decretalium Continentur

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Regula L. Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61853](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61853)

aut fraudem intervenisse. Hoc quam-
diu non est præstatum, possessorem sen-

tentia Iudicis tuerit. Decim in Reg. n. 16.
Ju. Civ. Cavar. l. 1. Var. c. 3. n. xi.

REGVLA L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

1. Regula I.C. 77. unde nostra de-
sumpta est, paulò aliter enun-
ciat. *Actus legitimi, qui non recipiunt diem,*
*vel conditionem, veluti emancipatio, acce-
ptatio, hereditis institutio, adoptio, hereditatis
aditio, servi optio, datio tutoris, in totum
vitiantur per temporis, vel conditionis adie-
ctionem.* Vides, hic limitate de certis
quibusdam actibus Papinianum loqui,
Pontificem vero absolutè & indefini-
tè. *Actus legitimos conditionem, & di-
em non admittere.* Ex qua diversitate
diversæ Interpretum opiniones enatae
sunt, quas difficile erit conciliare. Pro
meliori elucidatione.

Notandum est 1. *Actus legitimos*
vocari, qui à lege, aut natura, vel sal-
tem fictione, & interpretatione legis,
inventi, constituti, introducti, formam
aceperunt confirmati, vel approbati
sunt. Alciat. ad l. Cum ad tempus ff. si cer-
tum petatur.

2. *Conditiones alias esse de præsen-
ti, & præterito, alias autem easque pro-
prie, de futuro.* Item alias explicitè po-
sitæ, alias tacitas. Item alias in natura
rei fundatas, alias ab extrinseco prove-
nientes, quæ propterea separabiles.
Conditio de futuro (cujus hic mentio)
suspendit obligationem, & effectum a-
ctus in eventum dubium, ira, ut hic, &
nunc non censeatur perfectus, & abso-

lutes. 1. *Cum ad diem & l. Ita q[uod] ff. detin-
cred.*

3. Nullum esse actum, à nostra vo-
luntate, & arbitrio pendentem, qui
non recipiat conditionem, & diem ex-
ceptis illis, quorum vel natura exclu-
dit, vel specialis aliqua iuris dispositio
resistit. Vnde mirum non est, si appo-
sita conditione vel temporis determina-
tione vitiantur, cum vel natura, vel
lex repugnet. AZOR. in C. de condit. Rati-
hic, & in Axiom. 48.

His ita prænotatis non opus est di-
cere, Pontificem in præsenti Regula à
Ju. Civili dissidere, illudque corrigerere:
multò minus ipsius Regulam limitan-
dam esse, ut non loquatur de actibus
legitimis, alii, quām à Papiniano nu-
merantur. Nulla enim id necessitas su-
det, sensus igitur genuinus est, & à Pon-
tifice intentus. *Actus legitimos, quo-
rum vel natura repugnat, vel lex aliqua
oblitis, conditionem, & diem non re-
cipere, conditionem dico, infuturum
eventum dubium,* ita ut hic, & nunc
Actus non sit absolutus & perfectus.
Ejusmodi sunt, quos in sua Regula Pa-
pinianus numerat, exempli causa, non
vero, quod solos existimaret legitimos
esse. Sunt enim, ut contractus omittam,
actus legitimi collatio, & resignatio
beneficii, exhereditatio liberorum, &
alii

ali multi. V. Dynum hic.

II. Hinc *Barbosa* colligit 1. Matri-
monium, quamvis actus legitimus sit,
recipere propriam, & suspensivam
conditionem, rejecta *Sotii* in 4. d. 29. q. 3.
& *Sanchez* l. s. D. 1. n. 3. opinione, qui
non matrimonium, sed matrimonii
consensum esse conditionatum volunt.
In cunctis namque contractibus con-
ditio propterea actum suspendit, quam
consensum insicit. Neque enim alicet,
ante volumus, quam conditio im-
pleatur. In matrimonio igitur imme-
diatè consensum, consequenter vero
perfectionem actus conditio suspendit,
ita illi.

2. Baptismum, & alia sacramenta in
administratione sua non admittere
conditionem suspensivam, & diem,
quod enumeratione partium constare
potest. Non quod omnis conditio ab-
sist, cum in omnibus reperiantur, sed
quia effectus sacramentorum à futuro
eventu non pender, quia verbis conce-
ptis, & solenni formâ perficiuntur.

3. Excommunicationem aliasque
censuras non esse actus legitimos, nisi
largo quadam modo: saltem non ejus-
dem generis cum illis, de quibus Re-
gula affirmat, diem & conditionem re-
spuere. V. *Barb.* in e. *Romana*. V. *Caveant*.
Desent. excom. in 6.

4. Actus legitimos non excludere
modum, quamvis conditionem exclu-
dant: quia per modum actus perfectio
non ieditur aut suspenditur. Item non
excludere eam conditionem licet de
futuro, & suspensivam, quæ actui ex na-
tura sua ineft, nec arbitrio agentium
subjet. v. g. datio tutoris actus legiti-

mus est, fieri tamen potest cum adjecta
conditione, si satis dederit. Talis enim
conditio illi ex juris dispositione ineft.
Nec interest, hic, & nunc verbis enun-
ciari, quam per hoc illius natura non
mutatur l. 1. & 2. C. de tutor. vel curat.
arg. c. 1. & 2. de conc. praben. in 6. *Azor III*,
l. 4. c. 24.

III. Amplia 1. Ut actus legitimis ex-
cludant etiam disjunctionem. Neque
enim auditur, qui electus ad duas di-
gnitates petit in utraque confirmari
protestans, se unâ contentum fore. c. Si
quis duas, de el. in 6. Actus nimis confirmationis
disjunctionem non agno-
scit.

Amplia 2. Ut aliquando conditio-
nem impropiè dictam de præterito,
vel præsenti non recipiant. 1. Cum ad
tempus. & ibi *Alc.* ff. Si certum petatur. Ca-
jus dicit, adeo hæreditatem, si est sol-
vendo, nunc scilicet: nihil valet ejus-
modi adjectio: quæ incertitudinem
continet, inimicam aëribus legitimis.
Aliqui tamen notarunt, prædictam
conditionem primo quidem aspectu
videri, non esse de futuro, re ipsa tamen
esse: Nam ita affectum se esse demon-
strat hæres, ut si successu temporis de-
prehendat, non sufficere hæreditatem,
illam dimittere velit, quod substantia
illius actus repugnat.

Amplia 3. Ut quando propter ad-
jectionem conditionis actus invalidus
est, ea nullitas in judicio semper oppo-
ni possit. Bart. in l. quamvis ff. de solutio-
nib. licet agendo non item. l. Cum profe-
tearis. C. de revoc. donat. juxta notissi-
mam regulam. Qua sunt temporalia ad
agendum, sunt perpetua ad excipiendum:

T quod